

*Artes me-
chanicæ &
liberales nõ
opponuntur.
Li. 3. eth.
cap. 1.*

In epistolis.

& contrarijs opponi. Illæ enim sunt liberales artes, quæ liberalem efficiunt hominẽ. Iam verò liberalitas, teste Philosopho, mediocritas est in pecunijs occupata: vt dum rectum vsum pecuniarum docet, persuadeat viro bono, honestatis causa, quam omnes virtutũ actiones respiciunt, alteri potiùs, quando & quantum oportet, iucundè, propenseq; largiendũ esse. Vt ita liberalitas ab effectus præstantia nomen habuerit, quòd homines, qui opum & pecuniarum laqueis innexi, cæcutientis Plutimancipia fuerant, in pristinum libertatis statum restituat. Artes ergo, ad positum scopum cõuersæ, non vt priuatum factitent lucrum, sed, quod in ipsis est, proximi sui vtilitati iucundè propenseque impendant, liberales dicendæ sunt: dum honestatem quærunt veræ beatitudinis proxenetam, finem liberalitatis. Quæ verò secus faxint, illiberales.

Docet id nos Hippocrates, quãdo Abderitis, à quibus spe maximorum donorum ad sanandum Democritum vocabatur, his verbis respondet, εἴτε ἐλευθέρῃς τέχνης ἐλεύθεροι καὶ τὰ ἔργα. οἱ ἧμῶν ἀρ-
υεῖν-